UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Divi Thomae Aqvinatis Doctoris Angelici Opera Omnia

Summa diligentia ad exemplar Romanæ Impreßionis restituta

Secunda secundae Summa Theologiae

Thomas <von Aquin, Heiliger>

Venetiis, 1593

Qvaestio LXXII. De iniurijs verborum, quæ fiunt extra iudicium. Et primò de contumelia.

urn:nbn:de:hbz:466:1-72772

Visual Library

ceſſi inuenerint cauſam ſuam iniuſtam, non debent, vt in rñſione ad ſecundum præcedentis arti. dictũ eſt, ꝓdere ſecreta ſuæ cauſæ, nec alteram, quamuis iuſtam, partem iuuare, ad quod tenerentur, ſi ad iuſtum ſimpliciter & abſolute, vt proprium finẽ ordinarentur, ſed tendunt ad iuſtũ tale. ſ. iuſtũ patrocinium, & iuſtum

neratione humanam, ſed diuinam, non tamen ſemper tenetur gratis patrocinium impendere.

Ad secvndvm dicendum, ꝙ etſi ſcientia iuris ſit quiddam ſpirituale, tamen vſus eius fit opere corporali. Et ideo pro eius recompenſatione licet pecuniam accipere, alioquin nulli artifici liceret de arte ſua lucrari.

B Ad tertivm dicẽdum, ꝙ iudex, & teſtis communes ſunt vtrique parti, quia iudex tenetur iuſtam ſententiam dare, & teſtis tenetur verum teſtimonium dicere. Iuſtitia autem, & ueritas non declinant in unam partẽ magis, quã in aliam. Et ideo iudicibus de publico ſunt ſtipendia laboris ſtatuta, & teſtes accipiunt non quaſi pretium teſtimonii, ſed quaſi ſtipendium laboris, expenſas uel ab utraque parte, uel ab ea, a qua inducuntur: quia nemo militat C ſtipendiis ſuis umquam, ut dicit̃ 1. ad Corinth. 9. Sed aduocatus alteram partem tantum defendit: & ideo licite poteſt pretium accipere a parte, quam adiuuat.

cõſiliũ huius partis, tanquã ad proximũ finẽ, quãuis finis eorũ remotus ſit iuſtitia ſimpliciter vel attingẽda, vel ſaltẽ non impediẽda. Et ex his patet ſolutio obiectorum, Quare iuſtitia, & veritas abſolute inferant iudicẽ, & teſtes eſſe cões, & nõ aduocatum, &c.

¶ *Super quæſt. ſeptuageſimaſecunda articulum primum.*

IN artic. 1. q. 72. dubium occurrit, an de ratione contumeliæ ſit, ꝙ dicatur contumelia coram illo, cui infertur contumelia. Et eſt ratio dubij, quia contumelia importat manifeſtã iniuriã, ſicut ira manifeſtam vindictam. Cõſtat autem ꝙ huiuſmodi manifeſtatio principaliter refertur ad eum, contra quem irrogatur contumelia, ſicut in ira ad eũ, contra quẽ iraſcimur. Ex altera autem parte apparet oppoſitum, nam multi contumelias contra abſentem proferunt.

¶ Ad hoc dicitur, ꝙ cùm actus morales ex intentione iudicẽtur, & contumeliæ actus per hoc in ſua natura locetur, quòd contra honorẽ directe machinatur alterius, conſequens eſt ꝙ ad hoc, ꝙ actus aliquis ſit per ſe, & directe contumelia, exigitur quòd directe contra honorem tendat proximi. Nõ tẽdit autem directe, & per ſe cõtra honorẽ alicuius, qui illum reueretur, qui occulte intendit iniuriari, ſed ſolus ille qui eũ ſic paruifacit, vt ad manifeſtam ſibi iniuriam tẽdat. Et ꝓpter hoc in litera dicitur, ꝙ contumelia id, quod eſt contra honorem alicuius, deducit in notitiam eius. Sciendum tñ eſt, quod tripliciter contingit hoc facere Primò, in faciẽ eius perſonaliter audientis: ſecundò literis, ſeu libello, vt ad eum deueniat: tertiò, verbis vel ſignis in abſentia per accidens, quia. ſ. abſens eſt: ſed in preſentia per ſe quò ad intentionẽ, quando. ſ. ad hoc dicit iniurioſa contra illum verba, ut in eius notitiam deueniant, & ad hoc operam dat. Semper enim in notitiam eius intendit contumelioſus deducere quod eſt contra illius honorem, ſicut iratus vindictam, quam in abſentia facit. Et per hoc patet ſolutio obiectorum.

¶ In eodem 1. q. 72. ar. dubiũ occurrit, An ſit vera determinatio literæ. ſ. ꝙ contumelia conſiſtens in factis, nõ cõſiſtit in eis inquantum ſunt facta, ſed inquantũ ſunt ſigna. Apparet nanq; falſum, eo

Qvaestio LXXII.

De iniurijs uerborum, quæ inferuntur extra iudicium, in quatuor articulos diuiſa.

DEinde conſiderandũ eſt de iniuriis uerborũ, D quæ inferũtur extra iudicium. Et primò, de contumelia: ſecundò, de detractione: tertiò, de ſuſurratione: quartò, de maledictione.

Circa primum querũtur quatuor.

¶ Primò, Quid ſit contumelia.

¶ Secundò, Vtrum omnis cõtumelia ſit peccatum mortale.

¶ Tertiò, Vtrum oporteat contumelioſos reprimere. E

¶ Quartò, de origine cõtumeliæ.

A quòd contumelia conſiſtẽs in dehoneſtatione ianuarum domus alicuius, in deturpatione, uel deſtructione imaginum, uel ſtemmatum alicuius, conſiſtit in factis ipſis, ut talia facta ſunt, ut patet: ſicut rapina in ablatione rerum, & uerberatio in perſecutione perſonæ, licet ſignificent animum male diſpoſitum erga illum &c.

Articvlvs primvs.

Vtrum contumelia conſiſtat in uerbis.

AD primvm ſic proceditur. Videtur, quòd contumelia non conſiſtat in uerbis. Contumelia. n. importat quoddã nocumentum proximo illatum, cũ pertineat ad iniuſtitiam: ſed uerba nullum nocumentum uidentur inferre proximo nec in perſona, nec in rebus. ergo contumelia non conſiſtit in uerbis.

¶ 2 Præt. Contumelia uidetur ad quandam dehonorationem pertinere: ſed magis aliquis poteſt inhonorari, ſeu uituperari factis, q̃ uerbis. ergo vr̃ ꝙ cõtumelia nõ cõſiſtat ĩ uerbis: ſed magis ĩ factis.

¶ 3 Præ. Dehonoratio, quæ fit in uerbis, dicitur conuitium, uel improperium: ſed contumelia uidetur differre a conuitio, & ab improperio. ergo contumelia non conſiſtit in nerbis.

Sed contra. Nihil auditu percipitur, niſi uerbum: ſed contumelia auditu percipitur, ſecundum illud Ieremiæ 20. Audiui contumelias in circuitu. ergo cõtumelia eſt in uerbis.

Respon. Dicendũ, quòd contumelia importat dehonorationem alicuius: quod quidem contingit dupliciter. Cùm. n. honor aliquam excellẽtiam conſequatur, uno modo aliquis alium dehonorat, cũ priuat eum excellentia, ꝑ quã hẽbat honorẽ: quod quidẽ fit per peccata factorum, de quibus ſupra dictũ eſt. * Alio mõ, cũ aliquis id, quod eſt cõtra honorẽ alicuius, deducit in notitiã eius, & aliorũ: & hoc propriè pertinet ad cõtumeliã, quod quidẽ fit per aliqua ſigna. Sed ſicut * Aug. dicit in 2. de doct. chriſt. omnia ſigna uerbis comparata, pauciſſima ſunt. Verba enim inter homines obtinuerunt prin

Hoc. n. commune eſt omnibꝰ malis factis, qnando per ſe. ſ. ex intentione fiunt. Et cõfirmatur, quia huiuſmodi iniuriæ nõ ſpectant ad aliquod ſupradictorum uitiorum, quæ poſita ſunt opponi iuſtitię, ut patet diſcurrendo per ſingula, homicidia, furtum. rapinam &c. q. 57. ar. 1. & Pſalm. 43. & Ro. 1. lect. 8.

¶ Ad hoc dr̃, ꝙ dubitatio oritur ex hoc, ꝙ creditur in propoſito factum habere rationem ſigni reſpectu faciẽtis, ſicut uerba reſpectu loquentis, cùm tamen hoc non ſufficiat. Sed pro tanto facta, ut facta diſtinguuntur hic cõtra facta ut ſigna, q̃a ad eius offenſam, cõtra quem fiunt, non perueniunt ut facta, ſed ut ſigna. Fur ſiquidem, aut latro iniuriatur facto, ut factũ eſt, quia actio auferẽdi priuat illum reb. ſuis. Et ſimile eſt de homicidio, & aliis ſupradictis. Contumelioſus autem quãdo facto iniuriatur, nõ iniuriatur, facto vt factum eſt, ſed facto ut ſigno, quia actio illa dehoneſtationis ianuę, & huiuſmodi, inquantum talia facta abſolute ſunt, non lędunt proximum. Neque enim perſonalia, neque res eius diminuunt, niſi forte per accidens: quia. ſ. illa imago erat ſua, & nihil amplius ualet: ſed ut habent rationem ſigni, pertingunt, quantum in ſe eſt, ad lædendũ honorem proximi. q. 64. 65.

Quamuis aũt cõmune ſit omnib male factis ſignificare malã intentionẽ agentis, neq; penes ſic eſſe ſignum, diſtinctio hic ſit, proprium tamen eſt male factis, ut ſũt cõtumelioſa, ad hoc ut ſint ꝯtumelioſa, ĩduere rõnẽ ſigni quò ad efficaciã, hoc eſt, ꝙ nõ ꝑtigũt cõtumelioſa ad ĩiuriatũ, niſi ut ſigna, ac ꝑ hoc talia facta ſũt cõtumelioſa, ut ſũt talia facta materialiter, ut ſigna formaliter. Et aduerte, ꝙ q̃a unũ uitiũ imperat alteri, ſicut qñ q̃s furat̃ ut mœchet̃; ita ſiq̃s raperet, ſeu ꝑcuteret ut cõtumeliaret̃ rapina, ſeu ꝑcuſſio ut factũ læderet in rebus, uel ꝑſona: ut ſignũ, machinaret̃ cõtra honorẽ, & peccaret ſimul duob. uitiis, ſicut fur ut mœchet̃. Eſt & aliud aduertẽdũ, ꝙ cũ ꝑ̃dictæ honeſtationes, & ſimilia a manifeſto fiũt authore, hñt perfectè rõnẽ cõtumeliæ: cũ uerò ab occulto ꝓcedũt authore, hẽnt quidẽ rõnẽ ueræ cõtumeliæ, q̃a ad hoc fiũt, ut in notitiã eiꝰ, & aliorũ deducant id, qđ eſt cõtra honorẽ eius, minus tñ ꝑfecte rõnẽ hẽnt contumelię, pro q̃to contumelioſus eſt manifeſtus iniuriator, ſicut & iratus.

Li. 2. c. 3. circa med. to. 3

¶ In reſponſione ad tertium eiuſdem primi articuli, dubium occurrit, An contumelia diſtinguatur in plures ſpecies, ſeu diſtinguatur ſpecie ab improperio, & conuitio. Et eſt ratio dubij, quia diſtinctio ſpecifica attenditur penes obiectum, quod eſt materia circa quam. Conſtat autem ex litera, ꝙ defectus culpæ eſt materia contumeliç, defectus communiter eſt materia conuitij, defectus præteritæ indigentiæ eſt materia improperij: rurſus defectus culpæ maximam habet diuerſitatem ſpecificam, vt patet de diuerſitate vitiorum. In oppoſitum autem eſt, quòd non conſueuit author preterire ſpecificam diſtinctionem vitiorum in hoc opere, vbi deſcendit vſque ad ſpecialisſima moralium, alioquin non eſſet vltimus moralium.

Lib. 10. c. 3. incipit: Clarus: parſi ante medium.

Gloſ. interlinearis ibi.

¶ Ad hoc dicitur, quòd proculdubio, contumelia vnius eſt ſpeciei ſpecialisſimæ ex vnitate honoris, contra quem tendit, ſpecificam vnitatem habens, ſicut detractio ex unitate famæ. Huius autem ſignum manifeſtum eſt, quòd idem defectus culpæ ſpectat ad detractionem, & contumeliam. Poteſt enim quis, & detrahendo, & contumeliando, defectum adulterij, furti, & cætera, dicere. Habent ergo ſe omnes defectus, qui dicuntur, ad hæc vitia, non vt materia circa quam formaliter verſantur, ſed materialiter. Et propterea non variant ſpecies, ſed ſecundum diuerſitatem finium ad quos ordinantur, puta, dehonorationis, vel infamiæ ad diuerſas ſpecies moralium vitiorum reducuntur, & vniuntur &c. Omnes ſiquidem defectus quatenus honorem lædunt, vnius ſunt rationis, & ad contumeliam ſpectant: quatenus famam minuunt, aut auferunt, vnius alterius ſunt rationis, & ad detractionem pertinent. Eſt tamen

q. 64. 65. 66.

cipatum ſignādi quæcunque aīo concipiunt. Et iō cōtumelia, propriè loquēdo, in uerbis conſiſtit. Vñ Iſidor. * dicit in li. Etymo. ꝙ cōtumelioſus dr̄ aliquis, quia uelox eſt, & tumet uerbis iniuriç. Tñ quia etiam per facta aliqua ſignificatur aliquid, quç in hoc, ꝙ ſignificant, habent uim uerborū ſignificantium. inde eſt ꝙ contumelia extenſo nomine etiam in factis dr̄. Vnde Rom. 1. ſup illud, Contumelioſos, ſuperbos, dicit gloſ. quòd contumelioſi ſunt, q dictis, uel factis contumelias, & turpia inferunt. F

G Ad primum ergo dicendum, ꝙ uerba ſ̄m ſui eſſentiā .i. inquantum ſunt quidam ſoni audibiles, nullum nocumentum alteri inferunt, niſi forte grauādo auditum, puta, cùm aliquis nimis alte loquitur. Inquantum uerò ſunt ſigna repræſentantia aliquid in notitia aliorum, ſic poſſunt damna multa inferre, inter quæ unum eſt, ꝙ homo damnificatur quātum ad detrimentū honoris ſui, uel reuerentiç ſibi ab aliis exhibendæ. Et iō maior eſt contumelia, ſi aliqs alicui defectum ſuum dicat corā multis: & tñ ſi ſibi ſoli dicat, pōt eſſe contumelia, inquantum ipſe qui loquitur, iniuſte contra reuerentiam audientis agit. H

Ad secvndvm Dicendum, ꝙ intātum aliquis aliquem factis dehonorat, inquantum illa facta uel faciunt, uel ſignificant illud quod eſt cōtra honorem alicui⁹, quorum primum non pertinet ad contumeliā, ſed ad alias iniuſtitiæ ſpēs, de quib. ſupra dictum eſt: * ſ̄m uerò pertinet ad contumeliam, inquantum facta habent uim uerborum in ſignificando. I

Ad tertivm Dicēdū, ꝙ cōuitiū, & improperiū cōſiſtunt in uerbis, ſicut & cōtumelia, qa per oīa hæc repſentat̄ aliquis defect⁹ alicuius in detrimētum honoris ipſius. Hmōi aūt defectus eſt triplex. ſ. defectus culpç, q repræſentat̄ p uerba contumelioſa: & defectus generaliter culpæ, & pœnæ, qui repræſentat̄ p conuitium, qa uitium conſueuit dici non ſolum aīæ, ſed ēt corporis. Vnde ſiquis alicui iniurioſe dicat, eum eē cæcum, cōuitium qdē dicit, ſed non contumeliam. Si quis autē dicat alteri, ꝙ ſit fur, non ſolum conuitium, ſed ēt contumeliam infert. Quandoque uerò repſentat aliqs alicui defectū minorationis, ſiue indigentiæ, qui ēt derogat honori conſequenti quācunque excellētiā, & hoc fit p uerbum improperii, quod ꝓprie eſt, qñ aliquis K iniurioſe alteri ad memoriā reducit auxilium, quod contulit ei neceſſitatē patienti. unde dr̄ Eccle. 20. Exigua dabit, & multa improperabit. Quandoque tamē unum iſtorum pro alio ponitur.

Articvlvs II.

Vtrum contumelia, ſeu conuitium ſit peccatum mortale.

Ad secvndvm ſic proceditur. Videtur, quòd cōtumelia, uel conuitium, non ſit peccatum mortale. Nullum. n. peccatū mortale eſt actus alicuius uirtutis: ſed conuitiari eſt actus alicui⁹ uirtutis. ſ. eutropeliæ, ad quam ptinet bene conuitiari, ſ̄m Philo. ī 4. Ethi. * ergo conuitium, ſiue cōtumelia nō eſt peccatū mortale. G

¶ 2 Præt. Peccatum mortale non inuenitur in uiris perfectis, qui tamen conuitia, uel contumelias aliquando dicunt, ſicut patet de Apoſ. qui ad Galatas tertio dixit. O inſenſati Galatæ. Et Dominus dicit Lucç ultimo. O ſtulti, & tardi corde ad credendum: ergo cōuitium, ſiue contumelia non eſt peccatum mortale. H

¶ 3 Præt. Quamuis illud quod eſt peccatum ueniale ex genere, poſſit fieri mortale, non tñ peccatū, quod eſt ex genere mortale, pōt eſſe ueniale, ut ſupra habitum eſt. * Si ergo cōuitium, uel contumelia eſſet peccatum mortale ex genere ſuo, ſequeretur ꝙ ſemp eſſet pctm̄ mortale: qd̄ ur̄ eſſe falſum, ut patet in eo, qui leuiter & ex ſurreptione, uel ex leui ira dicit aliqd̄ uerbum contumelioſum: non ergo contumelia, uel conuitium ex genere ſuo eſt peccatū mortale. I

Sed contra. Nihil meretur pœnam çternam inferni, niſi peccatum mortale: ſed cōuitium, uel cōtumelia meretur pçnam inferni, ſecundum illud Matth. 5. Qui dixerit fratri ſuo, fatue, reus erit gehennæ ignis: ergo conuitium, uel cōtumelia eſt peccatum mortale. K

Respon. Dicendum, ꝙ ſicut ſupra dictum eſt, * verba inquantū ſunt ſoni quidam, non ſunt in nocumentum aliorum, ſed inquantum ſignificant aliqd, q̄ qdē ſignificatio ex interiori affectu ꝓcedit: & iō ī pctīs uerborū maxime cōſiderādum ur̄, ex quo affectu aliquis uerba proferat. Cū ergo conuitiū, ſeu contumelia de ſui rōne īportet quādā dehonorationē, ſi intētio ꝓferētis ad hoc ferat̄, ut aliqs p uerba quæ profert, honorē alterius auferat, hoc proprie &

UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK PADERBORN

gas necesſitate dicer debeat, tutius tamen mihi uidetur, ꝙ nunquam, niſi Spiritusſancto ſuggerente dicatur, quoniam repræſentatur ſubditus, ꝙ non ex charitate, ſed ex paſſione procedant, ſuntque deteriores non ſuſcipientes diſciplinam, leuiusque uerbera, quàm contumelioſa uerba ſuſcipiunt. Vnde Tullius in libro de Officiis. Oīs animaduerſio, & caſtigatio cōtumelia uacare debet.

per ſe eſt dicere cōuitium, uel cōtumeliam: & hoc eſt peccatum mortale non minus quàm furtū, uel rapina. Non enim homo minus amat ſuum honorem, quàm rem poſſeſſam. Si uerò aliquis uerbum conuitii, uel cōtumeliæ alteri dixerit, non tamē animo dehonorandi, ſed forte propter correctionem, uel propter aliquid huiuſmodi, non dicit conuitiū, uel contumeliā formaliter, & per ſe, ſed per accidens, & materialiter, inquantum. ſ. dicit id, quod poteſt eſſe conuitium, uel contumelia. Vnde hoc poteſt eſſe quandoque peccatum ueniale, quandoq; autem abſque omni peccato. In quo tamen neceſſaria eſt diſcretio, ut moderate homo talibus uerbis utatur: quia poſſet eſſe ita graue conuitium, quod ꝑ incautelam prolatum auferret honorem eius, cōtra quem proferretur: & tūc poſſet homo peccare mortaliter, etiam ſi non intenderet dehonorationem alterius. Sicut etiam ſi aliquis incaute alium ex ludo ꝑcutiens, grauiter lædat, culpa non caret.

Ad primvm ergo dicendum, quod ad eutropelum pertinet dicere aliquod leue conuitium, non ad dehonorationem, uel ad contriſtationem eius, in quem dicitur, ſed magis cauſa delectationis, & ioci: & hoc poteſt eſſe ſine peccato, ſi debitæ circunſtantiæ obſeruentur. Si uerò aliquis non reformidet cōtriſtare eum, in quem profertur huiuſmodi iocosū conuitium, dummodo aliis riſum excitet, hoc eſt uitioſum, ut ibidem dicitur. *

Ad secvndvm dicendum, quòd ſicut licitū eſt aliquem uerberare, uel in rebus damnificare cauſa diſciplinæ: ita etiam & cauſa diſciplinæ poteſt aliquis alteri, quem debet corrigere, uerbum aliquod conuitioſum dicere. Et hoc modo Dominus diſcipulos uocauit ſtultos: & Apoſtolus Galatas inſenſatos. Tamen, ſicut dicit Auguſt.* in libro de ſermone Domini in monte, raro, & ex magna necesſitate obiurgationes ſunt adhibende, in quibus non nobis, ſed ut Domino ſeruiatur, inſtemus.

Ad tertivm dicendum, quòd cum peccatū conuitii, uel contumeliæ ex animo dicentis dependeat, poteſt contingere, quòd ſit peccatum ueniale, ſi ſit leue conuitium, non multum hominem dehoneſtans, & proferatur ex aliqua animi leuitate, uel ex leui ira abſque firmo propoſito aliquem dehoneſtandi, puta, cùm aliquis intendit aliquem per huiuſmodi uerbum leuiter contriſtare.

Articvlvs III.

Vtrum aliquis debeat contumelias ſibi illatas ſuſtinere.

Ad tertivm ſic proceditur. Videtur, quòd aliquis non debeat contumelias ſibi illatas ſuſtinere. Qui enim ſuſtinet cōtumeliam ſibi illatam, audaciam nutrit conuitiantis: ſed hoc non eſt faciendum. ergo homo non debet ſuſtinere contumeliam ſibi illatam, ſed magis conuitianti reſpondere.

¶ 2 Præt. Homo debet plus ſe diligere, quàm alium: ſed aliquis nō debet ſuſtinere, quòd alteri conuitiū inferatur. unde dicitur Prouer. 26. Qui imponit ſtulto ſilentium, iras mitigat. ergo etiam aliquis non debet ſuſtinere contumelias illatas ſibi.

¶ 3 Præt. Non licet alicui uindicare ſeipſum, ſecundum illud: Mihi uindictam, & ego retribuam: ſed aliquis non reſiſtendo contumelię, ſe uindicat, ſecundum illud Chryſoſt.* Si uindicarę uis, ſile, & funeſtam ei dediſti plagā: ergo aliquis nō debet ſilendo ſuſtinere uerba contumelioſa, ſed magis reſpondere.

Sed contra eſt, quod dicit in Pſal. 37. Qui inquirebant mala mihi, locuti ſunt uanitates. & poſtea ſubdit. Ego autem tanquam ſurdus nō audiebam, & ſicut mutus non aperiens os ſuum.

Respon. Dicendum, quòd ſicut patientia neceſſaria eſt in his, quę cōtra nos fiunt, ita etiam in his, quæ contra nos dicūtur. Pręcepta autem patientiæ in his, quæ contra nos fiunt, ſunt in præparatione, animi habenda, ſicut Aug. * in libro de ſermone Domini in monte, exponit illud præceptum Domini, Si quis percuſſerit te in una maxilla, prębe ei & aliam, ut ſcilicet homo ſit paratus hoc facere, ſi opus fuerit. Non tam ſemꝑ tenetur facere actus, quia nec ipſe Dominus hoc fecit, ſed cum ſuſcepiſſet alapam, dixit. Quid me cædis, ut habetur Ioannis 18. Et ideo etiam circa uerba contumelioſa, quæ contra nos dicuntur, eſt idem intelligendum. Tenemur enim habere animum paratum ad contumelias tolerandas, ſi expediens fuerit. Quandoque tamen oportet ut contumeliam illatam repellamus, maxime propter duo. Primò quidem propter bonum eius, qui contumeliam infert, ut uidelicet eius audacia reprimatur, & de cętero talia non attentet, ſecundum illud Prouerb. 27. Reſponde ſtulto iuxta ſtultitiam ſuam, ne ſibi ſapiens uideatur. Alio modo propter bonum multorum, quorum profectus impeditur ꝓpter contumelias nobis illatas. Vnde Gregorius * dicit ſuper Ezech. homil. nona. Hi, quorum uita in exemplo imitationis eſt poſita, debent, ſi poſſunt, detrahentium ſibi uerba compeſcere, ne eorum prędicationem non audiant, qui audire poterant: & ita in prauis moribus remanentes, bene uiuere contemnant.

¶ *Super Quæſt. ſeptuageſimaſecundæ articulum tertium.*

In ar. 3. eiuſdem 72. quæſtionis exerceto ipſum ſic in charitatis, ac manſuetudinis pręceptis, ut ſcias quando, & ubi oportet uti utroque præcepto Spiritusſancti in uno eodemque capite, ſcilicet, Reſponde ſtulto iuxta ſtultitiam ſuam, ne ſibi ſapiens uideatur. & : Ne reſpondeas ſtulto iuxta ſtultitiam ſuam, ne ei ſimilis efficiaris. Qui primò uult uti præcepto, attendat intra ſe, ſi ad hoc mouetur ex charitate fraterna, qua malum proximi tolerare non poteſt, ut ſcilicet ſe ſapientem reputet: an mouetur potius, ut ipſe reſpondens, ſapiens uideatur aut bonus, aut non malus, &c. Si enim non propter proximi charitatem reſpondet, fruſtra ſe illa authoritate excuſat. Et quo pacto iactat ſe aliquis fraterna charitate moueri ad reſpondendum, qui multa alia mala eiuſdem proximi, & forte grauiora nouit, nec curat ei ſubuenire. Qui autem tanta ſe non flagrare charitate cognoſcit, manſuetusque tacet, ne & ipſe peccet, reſpondendo optimè ſibi cōſulit.

Homil. 43. in Matth. circa medium habetur ad ſenſum. Et homil. 85. ᷑ medio. to. 2.

¶ Circa reparationem contumeliæ iam illatæ, dubium occurrit, An teneatur ad petendam ueniam ab iniuriato is, qui contumeliam in eū protulit. Et eſt ratio dubij, quia Auguſti. in regula mādat hoc fieri, & quidam dicunt ad hoc teneri.

Lib. 1. ca. 34. 35. & 36. tomo 4.

¶ In oppoſitum autem eſt, quia ſicut in aliis iniuriis ſufficit reſtituere, & nō oportet aliter petere ueniam, ita nec in contumelia.

¶ Ad hoc dicitur, ꝙ quia iniuria emendatur ſufficienter per reductionem ad æqualitatem, quam facit reſtitutio, non tenetur cōtumelioſus ad aliud proximo exhibendum, quam reſtitutionem. Vnde quomodocumque reſtituat ei honorem, quē abſtulit, reuerentiam exhibēdo, vel aliter, ſatisfecit, nec ad aliud tenetur, nec aliud docuit Auguſti. cùm expreſſe dicat, Quicumque conuitio, uel maledicto aliquem læſerit, meminerit ſatisfactione quam citius curare quod fecit. Præcepit ergo in primis ſatiſfactionem, quam reſtitutio importat. Sed quia in religioſis

Homil. 9. in Ezech. circa medium.

debet

debet abundãtior eſſe iuſtitia, modus ſatis faciendi abundantioris humilitatis datus eſt: & idcirco ad petitionẽ ueniæ modũ reſtitutiõis determinauit. Eſt namque in petitione ueniȩ maxima hominis, a quo petitur, honoratio. Doctores autem dicentes teneri hominem ad ueniã petendam, exponendi ſunt, quando non poteſt aliter reſtitutionem facere. Vnde S. Tho. ſuperius in quæſtione 72. artic. 2. ad tertium, dicit, quòd reſtitutio honoris ablati per contumeliam, fit per exhibitionem reuerentiæ. Satisfactio ergo eſt in præcepto, non modus ſatisfaciendi. Et hæc etiam pro 4. 72. q. ar. ſufficiant.

Ad primvm ergo dicendum, quòd audaciam conuitiantis contumelioſi debet aliquis moderate reprimere. ſ. propter officium charitatis, non propter cupiditatẽ priuati honoris. Vnde dicitur Prouerb. 26. Ne reſpondeas ſtulto iuxta ſtultitiam ſuam, ne ei ſimilis efficiaris.

Ad secvndvm dicendum, ꝙ in hoc, ꝙ aliquis alienas cõtumelias reprimit, non ita timetur cupiditas priuati honoris, ſicut cũ aliquis repellit cõtumelias ꝓprias: magis autem uidetur hoc prouenire ex charitatis affectu.

Ad tertivm dicendũ, ꝙ ſi aliquis hoc animo faceret, ut tacendo contumeliantem ad iracũdiã prouocaret, hoc pertineret ad uindictam. Sed ſi aliquis taceat, uolẽs dare locum iræ, hoc eſt laudabile. Vnde dicitur Eccle. 8. Non litiges cum homine linguato, & non ſtruas in ignem illius ligna.

Articvlvs IIII.

Vtrum contumelia oriatur ex ira.

Infr. q. 73. arti. 3. ad 3. & q. 158. ar. 7. cor. Ad qvartvm ſic proceditur. Videtur, quòd cõtumelia non oriatur ex ira, quia dicitur Proue. 11. Vbi ſuperbia, ibi contumelia: ſed ira eſt uitium diſtinctũ a ſuperbia. ergo contumelia nõ oritur ex ira.

¶ 2 Prȩt. Prouerb. 20. dicitur. Omnes ſtulti miſcẽtur contumeliis: ſed ſtultitia eſt uitium oppoſitum ſapiẽtiæ, ut ſupra habitum eſt: * ira autem opponitur (q. 46. art. 1.) manſuetudini. ergo contumelia non oritur ex ira.

¶ 3 Præt. Nullũ peccatũ diminuitur ex ſua cauſa: ſed peccatum cõtumeliæ diminuitur, ſi ex ira proferat̃: grauius. n. peccat qui ex odio contumeliam infert, quàm qui ex ira. ergo contumelia non oritur ex ira.

Sed contra eſt, quod Gregorius 31. * Moralium (Lib 31. c. 31. a medi.) dicit, quòd ex ira oriuntur contumeliæ.

Respon. Dicẽdum, ꝙ cùm unum peccatum poſſit ex diuerſis oriri, ex illo tamen dicitur principali' habere originem, ex quo frequentius procedere cõſueuit propter propinquitatem ad finem ipſius. Contumelia autem magnam habet propinquitatem ad finem irȩ, qui eſt uindicta. Nulla. n. uindicta eſt irato magis in promptu, quàm inferre contumeliam alteri: & ideo contumelia maxime oritur ex ira.

Ad primvm ergo dicendum, quòd contumelia non ordinatur ad finẽ ſuperbiæ, qui eſt celſitudo: & ideo non directe contumelia oritur ex ſuperbia. Diſponit tamen ſuperbia ad contumeliam, inquantum illi, qui ſe ſuperiores æſtimant, facilius alios contemnunt & iniurias eis irrogant. Facilius enim iraſcuntur, utpote reputantes indignum quicquid contra eorum uoluntatem agitur.

Ad secvndvm dicendum, quòd ſecundum Philoſop. in 7. Ethicorum, * ira non perfecte audit rationem (Lib. 7. c. 6. in prin. tom. 5.). Et ſic iratus patitur rationis defectum, in quo cõuenit cum ſtultitia. Et propter hoc ex ſtultitia oritur contumelia ſecundum affinitatem, quam habet cum ira.

Ad tertivm dicendum, ꝙ ſecundum Philoſo. in 2. Rhetoric. * iratus intendit manifeſtam offenſam (Li. 2. c. 4. declinando ad finem, to. 6.), quod non curat odiens. Et ideo contumelia,

F quȩ importat manifeſtam iniuriam, mag ad iram, quàm ad odium.

Qvaestio LXXIII.

De Detractione, in quatuor articulos diuiſa.

Postea conſiderandũ eſt de detractione.

Et circa hoc quȩruntur quatuor.

¶ Primò, Quid ſit detractio.

¶ Secundò, Vtrum ſit peccatum
G mortale.

¶ Tertiò, De comparatione eius ad alia peccata.

¶ Quartò, Vtrum peccet aliquis audiendo detractionem.

Articvlvs primvs.

Vtrum detractio conuenienter diffiniatur, quod eſt denigratio alienæ famæ per uerba.

Ad primvm ſic proceditur. Videtur, quòd detractio nõ
H ſit denigratio alienæ famȩ per occulta verba, vt a quibuſdam diffinitur. Occultum enim & manifeſtum, ſunt circunſtantiæ non conſtituentes ſpeciem peccati. Accidit enim peccato, quòd a multis ſciatur, vel a paucis: ſed illud, qđ non conſtitut ſpeciem peccati, non pertinet ad rationem ipſius, nec debet poni in eius diffinitione: ergo ad rationem detractiõis non pertinet, quòd fiat per occulta uerba.

¶ 2 Præt. Ad rationem famȩ pertinet publica notitia. Si ergo per
I detractionem denigretur fama alicuius, non poterit hoc fieri per uerba occulta, ſed per uerba ĩ manifeſto dicta.

¶ 3 Præt. Ille detrahit, qui aliquid ſubtrahit, vel diminuit de eo, qđ eſt: ſed quandoque denigratur fama alicuius, etiam ſi nihil ſubtrahatur de veritate, puta, cùm aliquis uera crimina alicuius pandit: ergo non omnis denigratio famæ eſt detractio.

Sed contra eſt, quod dicitur Eccleſiaſtice 10. Si mordeat
K ſerpens in ſilentio, nihil eo min' habet, qui occulte detrahit: ergo occulte mordere famã alicuius, eſt detrahere.

Respondeo. Dicendum, quòd ſicut facto aliquis nocet alteri dupliciter, manifeſte quidem, ſicut in rapina, vel quacumque uiolentia illata: occulte autem, ſicut in furto, & doloſa percuſſione: ita etiam uerbo aliquis dupliciter ali-